



Admondum Reverendi  
ET EXIMI PATRIS

JOANNIS A S. THOMA  
CURSUS THEOLOGICUS.

TOMUS III.

BX1749  
T6  
v. 3  
1883





EX LIBRIS  
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080015904



ADMODUM REVERENDI ET EXIMII PATRIS

JOANNIS A S. THOMA

CURSUS THEOLOGICUS

III



ADMODUM REVERENDI ET EXIMII PATRIS  
**JOANNIS A S. THOMA**

ORDINIS PRÆDICATORUM, DOCTORIS THEOLOGI  
IN COMPLUTENSI ACADEMIA PROFESSORIS PRIMARI, SUPREMI FIDEI CENSORIS


**CURSUS THEOLOGICUS**  
IN SUMMAM THEOLOGICAM D. THOMÆ

NOVA EDITIO

AD LUGDUNENSEM ANNI MDCLXIII ACCURATISSIME EXPRESSA, MENDISQUE EXPURGATA

**TOMUS TERTIUS**

IN QUESTIONIBUS IN PRIMAM PARTEM D. THOMÆ  
A QUESTIONE XV AD XXVI



*Capilla Alfonsina*  
*Biblioteca Universitaria*

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON  
Biblioteca Valverde y Tellez

PARISIIS  
LUDOVICUS VIVÈS, EDITOR  
13, VIA DELAMBRE, 13

M DCCC LXXXIII



45014

PARIS. -- IMPRIMERIE V<sup>o</sup> P. LAROUSSE ET C<sup>o</sup>  
19, RUE MONTPARNASSE, 19



BX 1749

TG  
V.3  
1883-5



Capilla Alfonso  
Universidad de Alcala



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

# CATHOLICO

## LECTORI.

Inchoatum theologiæ nostræ cursum (utinam secundo aspirantis numinis vento placidum) secunda hac navigatione super primam D. Thomæ partem absolvimus. Quæ difficultates in illa, quæ pericula superanda sint, qui leget intelliget : nos enim sub aquis tam vehementibus non gemere tantum (quod et magnis viris, ipsisque etiam gigantibus evenire, Scriptura divina testatur) sed et opprimi ac pene mergi non diffitemur, cum a spiritu procellæ exaltati fluctus ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos, ut in tanto disputationum fragore, et illidentium undarum mole, omnis sapientia nostra (si tamen nostra) plane devorata sit. Tu ergo quisquis es, Lector, si ad hæc dignaris attendere, non quæ nostra sunt videas, sed si forte aliqua altioris ac sapientioris gubernatoris delineata calamo arideant, et quæ in recondito ac profundo Angelici doctoris sensu conquiescunt, illa hauri, illis fruire, ille tibi tramitem aperiat, viamque demonstret, a qua pene nullus deviat qui non aberret, ipso Innocentio vi. summo pontifice prædicante : « Quod, qui ejus doctrinam impugnaverit, semper fuit de veritate suspectus. Non ait, qui crebrius, qui frequentius, qui continuo impugnaverit, reddetur de veritate suspectus, sed potius quod semper erit de veritate suspectus qui eum impugnaverit ; quasi vel unica contra veram D. Thomæ mentem impugnatione, perpetua de veritatis suspitione accumulatur damnatio. Nos vero tali ac tanto duce freti, restauramus aciem, certamen repetimus. Nostrum est Salomonem hunc nostrum, non solum in sapientiæ lectulo, quiescentem ambire, sed procedentem ad bella, sed in castris agentem perpetuo militiæ sacramento comitari. Si turpe est cingulo, ac juramento militari adstrictum, vel pedem a sui ducis vexillo retrahere, cur ignaviæ, servilique, ac non potius ingenuæ menti deputabitur in literaria militia suo adstringi ductori, et tot hostium triumphatori vexillo, angelico præceptori irrefragabiliter adhærere? Quasi minoris aut levioris periculi sit in sapientiæ castris ductore destitui, quam inter hostiles acies sine duce militare. Non ergo nostræ nos constantiæ pudeat, nec pertinaciæ de-

THEOLOGIA III.

1

006363